

quod ex Idâ Croce monte descenderint. Secundo, Judaeos esse non vesi, quia sues aequè, ut Judæi, scabiei sunt obnoxii. Tertio, asinos Judæi Ægypto egredientibus viam monstrasse, idèque eos colere asinos. Tale est et illud Justini, Joseph magnum fuisse, ejusque filium fuisse Moesem; reges Judæorum fuisse Joseph, Moesem et Israel, qui avitum regnum in decem divisit. Unde videas quàm geniles Judæi fuerint infensi et iniqui, vel Judaicarum rerum ignari et imperiti.

VERS. 54. — TELIT IGITUR POPULUS CONSPERSAM FARINAM, ANTEQUAM FERMENTARETUR. *Conspersam*, et magno labore manibus vel pedibus subactam, puta massam, vel pastam, uti mox habent Hebræi; quia scilicet non habebant spatium eam fermentandi et coquendi, cocturi illam primâ occasione.

ET LIGANS IN PALLIS. Chald. et Septuag. in vestibus. Hebræum *simla* propriè significat involerum, vel amiculum, quo aliquid legitur aut involvitur, quemadmodum pallium Ulpiano et Ciceroni commune est vestis genus. *Dionysius*, ait Cicero lib. 3 de Naturâ Deorum, *Jovi aureum abstulit amiculum, dediditque lancem pallium*. Imò pallium propriè significare quoque sindonem, sive linteum, docet Lazarus Baysius lib. de Re vestitiarâ, ex Juvenali Sat. 6, ubi de mœchâ sic ait:

Advocat Archichonem, onerosaque pallia jactat.

Sic et pallia hæc Hebræorum videtur fuisse sindones, sive linteæ; illis enim pasta involvi solet; alioqui propriè pallium Græcorum erat extima longior vestis, perinde ac toga erat Romanorum.

VERS. 56. — DOMINUS AUTEM DEDIT GRATIAM POPELO CORAM ÆGYPTIIS. Ergo hæc bona sua commodarunt Ægypti Hebræis, non tam ex timore, quo periculi erant ob stragem primogenitorum, quàm quia Deus dedit eis gratiam coram Ægyptiis. Ita S. August. Pater. et alii. Gratia hæc, ait Tostatus, vel fuit qualitas quadam producta à Deo in Hebræis, mirificè lucens in vultu totoque corpore, et in verbis moribusque eorum, quæ Hebræos faciebat amabiles, jucundos et gratiosos Ægyptiis; talem enim gratiam et eximiam pulchritudinem dedit Deus Judith c. 10. Hæc de causâ Plato monebat Xenocratem discipulum suum, qui tristem severumque vultum præ se ferebat, ut *Gratias sacra faceret*; illud videlicet significans, ut quantum gratissimati nature defectus, ruditas et acerbitas demeret, tantum grata comitatis elegantia, partim à Deo postulata et impetrata, partim proprio conatu et exercitio parta, adijceret ad homines sibi conciliandos. Idem Dionem Syracusanum virum doctissimum, sed duriorum, monuit, ut magis comem et gratiosum se formaret, dicens: *Durities et pernicacia non urbium, sed silvarum solitudinisque sordalis est*. Ita Xenophon, condiscipulus Platonis, qui scripsit Pædiani Cyri, fuit mirè gratiosus et snavis; indeque vocatus est *Musa Attica*. Téstis est Laertius et alii in vitâ Platonis et Xenophonis.

Vel potius, dedit Deus gratiam, id est, inflexi Deus corda Ægyptiorum (omnium enim corda sunt in manu et arbitrio Dei) ad tenerum quemdam amorem He-

bræorum, eisque benè volendum et benefaciendum, ita ut Hebræi viderentur Ægyptiis non solum commiseratione, verum amore, honore, qui etiam quibuslibet beneficiis muneribusque dignissimi, quo factum est ut liberentur sua eis commodari, imò obulterent, ait Cajet., incitantes eos, ut confiderent petere quidquid vellent; nam pro eo, quod nos habemus, ut commodarent eis, hebraicè est *estovajscilum*, id est, et fecerunt petere eos, scilicet vasa quibus usuri erant in sacrificio, ad quod eos evocari à Deo dixerat Moyses; ut mirum hæc ratione Deum sibi offensum placarent Ægyptiis.

UT COMMODARENT EIS. Errat ergo Josephus, qui ait hæc Hebræis dono fuisse data ab Ægyptiis, tum ut celerius discederent, tum ob vicinitatis consuetudinem, et pristinam familiaritatem; Scriptura enim ait hæc non donata, sed commodata esse, atque Hebræos hæc sibi usurpantes spoliasse Ægyptum.

Vide hic opum mutabilitatem, ut quasi commodate ab uno ad alium transeat. Fabule Plutum, sive Ditem divitiarum Deum in adventu claudum, in recessu alatum esse fingunt; quia divitiæ claudis velut pedibus lentè accedunt in vitâ, in morte aquilinis evolvantur. Salaadino magno labore imperium Ægypti et Syriæ pepererat; is moriens interulam suam hæc præfixam per castra circumferri jussit, atque per præconem proclamari: *Hæc una tunica Salaadino principi ex tantis opibus imperioque superest*.

ET SPOLIARUNT ÆGYPTIOS. Dices: Ergo spoliunt, id est, furtum et rapinam, commiserunt Hebræi. — Resp. Spoliunt jussu Dei admissum, justum et sanctum est. Deus enim jubens tibi aliquid spoliare, hoc ipso tibi jus et dominium in ejus bona largitur. Ita S. August. Rupert., S. Thom., Abulens. et alii. Secundo, secluso Dei jussu poterant Hebræi bona Ægyptiorum per spoliunt accipere, tum titulo mercedis, servierant enim eis laboriosissimè; tum titulo justè belli, hostes enim publici Hebræorum erant Ægyptii, qui eos usque ad mortem persecuti fuerant, et miris modis divexaverant: poterant ergo eos tanquam publicos suos hostes spoliare Hebræi. Unde Sap. 10 dicitur: *Reddidit Deus justis mercedem laborum suorum*. Ita Philo. Ad. dit S. Aug. lib. 22 contra Faustum c. 71: *Ægyptii*, inquit, *sacerlegi et iniqui erant qui et auro illo, hoc est, Dei creaturâ, malè utentes ad creaturis injuriam suis idolis serviebant, et homines peregrinos labore gratuito injustè et vehementer afflixerant; digni ergo erant et Hebræi, quibus talia juberentur, et Ægyptii, qui talia paterentur*.

Dices: Saltem mentitis sunt Hebræi petentes commodato ea que rapere et nunquam reddere intendebant. — Resp. non esse mentitos, quia commodatum, in quantum commodatum simul, reddere intendebant; sed quia illud commodatum simul erat donatum eis à Deo, hinc illud idem retinere intendebant, non titulo commodati, sed donati. Astutè ergo titulo commodati usi sunt, illamque pretulerunt suæ justè spoliationi; alioqui enim illud ipsum, quod sibi debuit et à Deo donatum erat, assequi nequissimè, nunquam

enim sua commodassent Ægypti, si Hebræos illa retenturos scivissent. Secundo, respondent alii: Qui inter Hebræos erant boni cogitabant bonâ fide hæc reddere Ægyptiis; sed cum illi contra fidem datam abeuntibus hostiliter sunt insecuti, censuerunt Hebræi suo officio reddendi ea solutos esse, et Ægyptios esse indignos quibus ea redderentur. Verum ex dictis verius videtur Hebræos primitus, antequam eos persecuerentur Ægyptii, ea commodato accepisse cum animo nunquam reddendi et spoliandi Ægyptum. Hoc enim eis prædixerat et concesserat Deus, ut patet hic v. 2. Tertio, addit Tertull. l. 2 contra Marcion. c. 20, quasi antiquâ traditione acceptum, quòd Ægyptii miserint ad Moesem et Hebræos jam transgressos mare Rubrum legatos, qui hæc bona repeterent; respondisse Hebræos, se id facturos, dummodo ipsi sibi tam duræ et longæ servitutis in Ægypto, totque laborum mercedem persolverent: cumque ab Ægyptiis mercedis persolvendæ computatio fieret, subducta ratio in tantam summam evasit, ut satius esse duxerint Ægyptii, bona illa remittere Hebræis, quàm debitam illis mercedem persolvere. Cujus traditionis fides sit penes Tertullian., certè mihi suspecta est; Ægyptiis enim mari Rubro mersis, et Hebræis illud transgressis, omnis eorum societatis omneque commercium divulsum fuisse videtur.

Tropol. Patres et doctores catholici spoliârunt Ægyptum, cum sapientiam et eloquentiam ab Ethnicis haustam, transtulerunt ad fidem et Ecclesiam Christi illustrandam. Hinc Porphyrius, hostis Christianorum, dicebatat Origenem divitiis omnes Græcorum ad locupletandam judicæ et Christianæ sectæ paupertatem contulisse; testis est Eusebius lib. 6 Histor. c. 15. Et sanè videmus jam omnem eloquentiam, scientiam, sapientiam apud Ethnicos, Turcas, Saracenos defecisse, et ad Christianos transisse, qui soli jam in toto orbe florent in omni arte, scientiâ, eloquentiâ, disciplinâ.

VERS. 37. — PROPECTIQUE SUNT FILII ISRAEL DE RAMESSE IN SOCOth SEXCENTA FERE MILLIA PEDITUM. *Profecti* sunt Deo dice, iterque monstrante per columnam nubis de die, et columnam ignis de nocte, ut patet c. seq. v. 21.

Nota. Hebræi ex Ægypto tendentes in Chanaan egerunt 42 stationes sive mansiones in deserto, de quibus tractatum scripsit S. Hieron. ad Fabiolam. Prima mansio vel statio fuit in Ramesses; illuc enim ex totâ Ægypto convenerunt Hebræi exituri; unde aptè Ramesses hebraicè significat tonitruum gaudii, ait S. Hier. Miro enim, novo et insolito illi gaudio perfusi sunt Hebræi, quòd jam ex durâ servitute Ægypti in libertatem se evasisse viderent. Valerius Maximus, lib. 4, c. 8: *Philippo*, inquit, *Macedonum rege superato, cum ad insigne spectaculum tota Græcia convenisset, Q. Flaminius per præconem jussit edici: Senatus populusque roman. omnes Græciæ urbes, quæ sub ditione Philippi regis fuerunt, liberæ et immunes esse jubet; quibus auditis maximo et inopinato gaudio homines percussis, primò veluti non audisse se que audierant*

*credentes, obitercurant. Iteratò deinde pronuntiatione præconis, tantò celum clamoris alacritate compleverunt, ut certò consistet acies sua superrolabant, attonitis parentibusque concidisse. Quanta ergo fuit Hebræorum exultatio, ex ergastulo et fornacè ferræ in campum hunc plena libertatis exeuimtum? Libertatis, ait Justinianus, incomparabile est pretium, nam jure civili servi pro nullo habentur, nec caput habent. Etenim quid miserius quàm addici alicui, qui vitæ et necis in te habeat potestatem? Unde Cicero: *Mors*, ait, *est servitute potior*, et Homerus, Odys. 7 et 10, docet dimidium ei perire virtutis, quem servilis obvallârît necessitas; hinc serviti fuerunt furem.*

IN SOCOth. Secunda ergo mansio fuit in Socoth, quæ sita erat inter mare Rubrum et Ægyptum tunc cultam; nam omnia ab Ægypto usque ad mare Rubrum, olim pertinuisse videntur ad Ægyptum, licet inbecilla essent et deserta. Dicta est *Socoth*, id est, tabernacula, quòd prima ibi Hebræi exeuntes Ægypto fixerint tabernacula, ait S. Hieron. ad Fabiol.

SEXCENTA FERE MILLIA PEDITUM. *Fere*, id est, plus minus; Hebræa, quasi sexcenta millia, unde Josephus ait eos explisse numerum 600 millium.

Nota. Hæc sexcenta millia erant peditum armatorum, sive militum, qui scilicet attigerant vel exarserant annum 20: ab anno enim vigesimo et supra solent Hebræi suos conscribere ad militiam. Abulensis putat hic non numerari Levitas, qui à trigesimo anno, quo incipiebant servire tabernaculo, numerantur octo millia, quingenti, octoginta, Numer. 4, 48. Sed videtur falli; nam tribus Levitæ necdum erat secreta ab aliis, et addicta sacerdotio, videtur ergo ipsa hic cum aliis numerari; postea vero, cum sacerdotium accepit, tunc non fuit numerata inter alias tribus, ut patet Num. 2, 53. Non numerantur hic ergo parvuli et adolescentes, qui necdum attigerant annum vigesimum, nec mulieres, nec decrepiti, qui omnes simul solent alteram et insuper dimidiam populi partem efficere; solent enim bellatores ad totum populum se habere, sicuti se habent quadraginta ad centum; quo computo totus populus Hebræorum hic habuisset decies et quinquies centena millia hominum. Quin et Hebræi tradunt fuisse decies et octies centena millia, quibus accessit Ægyptiorum vulgus innumerable, qui Judæis adherentes, vel ad Judaismum conversi, comitari voluerunt; ita ut multi putent universim egredientium fuisse trices centena millia, sive tres milliones hominum, quos omnes Deus aluit manû coelesti in deserto per 40 annos. Hi omnes una die non confusè, sed ordine per turnas suas dispositi, quasi instructo agmine exierunt, quod v. 41 instar miraculi notat et celebrat Moesem.

Ægyptii suos Ægyptiis Hebræis permixtos exire permisissent, quia morte eorum consternati, vel non advertabant, vel non erubant eorum egressum.

ANSËE PARVULIS. *Sept. preter suppellectilem*, non tantum motam, sed etiam se moventem, puta parvulos et mulieres, inquit S. Aug. q. 47.

VERS. 59. — QUAM DEDUM DE ÆGYPTO CONSPER-

SAN TULERANT. *Dadum*, nam plusquam die integro conspersa fuerat, nec fermentata.

NEC PULMENTI. Pulmentum est obsonium, puta caro, pisces, olera et quicquid cum pane comeditur; veteres enim pulle pro pane utebantur.

VERS. 40. — HABITATIO AUTEM FILIORUM ISRAEL, QUAE MANSEERUNT IN AEGYPTO, FUIT QUADRINGENTORUM TRIGINTA ANNORUM. Certum est, et consentiunt omnes doctores hebraei et latini, excepto Eugubino et Genebrardo, Hebraeos non habitasse in Aegypto totos 450 annos. Id patet vel ex eo: nam cum primitus Jacob, pater Hebraeorum, cum suis descendit in Aegyptum, descendit pariter cum eo et Caath, filius Levi. Caath autem vixit tantum annos 153, cuius filius Amram vixit tantum annos 157; Amram genuit Moysen, qui Moyses anno 81 aetatis suae cum Hebraeis egressus est ex Aegypto, quae omnia patet Exodi 6 et Exodi 7, v. 7; nunc addo hos singulorum annos, etiam integros, puta 135, 157, 81, non conficiet 450, sed tantum 561. Quod enim respondet Genebr. aliquos annos Caath vel Amram desiderari, aut aliquos nepotes inter eos medios subterici, gratis omnino dicitur, aut potius fingitur.

Quaeres ergo, unde hic 450 anni inchoandi, et quomodo computandi sint? — Dico breviter cum S. Augustino quaest. 47 in Exod., cum Athanasio, vel potius Anastasio in Synopsi S. Scripturae in Exodo, cum Eusebio in Chronico, cum Salviano lib. 1 Antikimonon, cum Rupert., Abulens., Cajet. in Exodi 12, eodem esse annos, quos Moyses hic numerat, cum iis quos Paulus computat Galat. 3, 17, ac utrosque inchoandos esse non à descensu Jacobi in Aegyptum, sed ab anno 75 Abrahami, quo anno Abraham evocatus à Deo, cepit à domo ac patriâ suâ, Hiran scilicet, peregrinari versùs terram Chanaan; hoc enim anno benedictiones et promissiones illas, de quibus ad Galat. 3 agit Apostolus, accepit, uti habetur Genes. 12, v. 4.

Patet hoc primò; nam clarum est Hebraeos à descensu Jacobi, non habitasse 450 annos in Aegypto, ut jam ostendi ex annis Caath, Amram et Moysis; quos annos si simul omnes jungas, non summam 450, sed 561 tantum conficiet; ab hisce verò annis demendi sunt anni Caath, quibus vixit, postquam genuit Amram; et anni Amram, quibus vixit, postquam genuit Moysen; illi enim anni Caath in annis Amram, et reliqui illi anni Amram in annis Moysis, quibus patri suo Amram convixit, continentur. Hinc sequitur, hos annos 450, non à descensu Jacob, sed longè antèrius, à peregrinatione scilicet Abrahæ ex Hiran versùs Chanaan accessandos et inchoandos esse, idque disertè exprimitur 70 hoc loco, cum veniunt: *At habitatio filiorum Israel quam habitaverunt ipsi et patres eorum in terrâ Aegypti et Chanaan, fuit 450 annorum.* Secundò, quia Apostolus Galat. 3, post 450 annos non à Jacobi, sed ab Abrahæ vocatione, peregrinatione, promissione numerandos, factam ait legem; atqui lex eodem anno est data, quo egressi sunt Hebraei ex Aegypto, mense videlicet tercio post egressum, ut di-

ciunt Exodi 19, v. 1. Tertio, quia sic commodissimè numerum hunc inibimus, si ab egressu Abrahæ ex Hiran incipimus; nam erat ipse tum 75 annorum, Genes. 12, 4. Hinc ad nativitatem Isaac 25 anni interfluxerunt, Genes. 21, 4; centenario enim Abrahæ nativitas est Isaac; ab Isaac ad nativitatem Jacob sunt anni 60, Genes. 25, v. 26. Jacob verò 190 aetatis suae in Aegypto descendit, Genes. 47, 9. Jam collige 25, 60, 150, habebis 215 annos, mediam scilicet partem annorum quos quaerimus, ita ut totidem, id est, 215, ab ingressu Jacob, ad egressum Hebraeorum ex Aegypto supersint (uti disertè numerat S. Athanasius in Catena Franc. Zephyri initio Exodi.), quos facile est adaptare; si enim ponas Caath esse natum eodem anno quo ipse cum Jacob descendit in Aegyptum, et genuisse Amram 65 aetatis suae anno, uti tradit Epiphian. in Anchorato, accipies ex annis Caath 63. Rursum des Amram genuisse Moysen anno aetatis suae 70, uti vult Epiphian., adde alios 80 vitae Moysi (80 enim annorum erat Moyses, cum eduxit Hebraeos ex Aegypto), explebis annos 215, quibus jungo priores 215, colliges 450, quot numerat tam Moyses, quam Apostolus. Ita passim interpretes. Unde sequitur, minis rectè Hebraeos, Lyranum, et Cajetanum ab ingressu Jacobi in Aegyptum usque ad exitum Hebraeorum numerare annos 210, cum numerandi sint anni 215, uti patet ex dictis.

Dices: Quo sensu ergo hic Moyses asserit Hebraeos in Aegypto habitasse 450 annos? — Respondet, quia potterem partem in Aegypto fixè habitantes transegerunt, ubi et dirissima sunt passi; deinde quia prima peregrinatio Abrahæ fuit in Aegypto, Genes. 12, 10, et ultima pariter Hebraeorum fuit in Aegypto; à principio autem et fine denominatio sumitur, quia cetera hæc interjiciuntur, hos enim annos 450 numerat Scriptura, ut indicet totidem interfluxisse à datâ promissione Dei, de terrâ Chanaan possidenda; usque ad eam expletam et præstitam; nam post 400 annos peregrinationis et servitutis, simili modo numerandos à nativitate Isaac, Deus promisit Abrahæ terram Chanaan, Genes. cap. 12, v. 15 et 14. Hæc autem idipsum præstat et explet, nam 450 anno (numerando à vocatione Abrahæ), quo Hebraei legem acceperunt in Sinâ, fuerunt redacti in populum et Ecclesiam Dei, ceperuntque tendere in Chanaan Abrahæ promissam, in eamque statim induci fuissent à Deo, nisi ipsi Deo obumbrasset; ob murmur enim 40 annis vagati sunt per desertum Arabiæ, quod interjacet inter Aegyptum et Chanaan. Adde, non dici hic habitasse eos 450 annos in Aegypto, sed habitationem fuisse 450 annorum; quod commodè accipias hoc sensu, ut dicere velit Moyses, habitationem eorum pervenisse ad 450 annuum peregrinationis Abrahæ, videlicet de Hiran, quem sensum melius Hebraea patitur, ut rectè advertit Cajetanus. Sic Judith c. ult. v. 28, dicitur mansisse in domo viri sui annos 105, id est, usque ad aetatis suae annum 105. Non enim verisimile est Judith annos 105 peregrisse post matrimonium in domo viri sui.

Nota. Contigit exitus Hebraeorum ex Aegypto anno mundi 2454, à diluvio anno 797, à nativitate Abrahæ anno 505, à descensu Jacobi in Aegyptum 215, à morte Joseph 144, ante dedicationem templi Salomonis anno 480; ante Christum anno 1496, ante bellum Trojanum anno 556. Falluntur ergo Justinus Martyr, Clemens et Africanus, qui hunc exitum consignant tempore Inachi regis, et diluvii Ogygis; hoc enim contigit tempore Jacobi patriarchæ. Rursum sub hoc tempus, puta 15 annis ante exitum Hebraeorum ex Aegypto, puta anno 65 Moysi, condita est Troja; primus ejus rex fuit Dardanus, qui regnavit 64 annis. Ita Eusebius. Denique audi S. Augustinum 18 Civit. 11: *Eduxit, ait, Moyses ex Aegypto populum Dei novissimo tempore Cecropis, Atheniensium regis, cum apud Assyrios regnaret Ascatades, apud Siegyptos Marathus, apud Argivos Triopas.* Cecrops enim primus Athenis regnare cepit anno vitæ Moysi 55, et regnavit 50 annos, uti docet Euseb. in Chronico, et ex eo Torricellus.

VERS. 41. — EADEM DIE, QUAE ANTE 450 ANNOS ABRAHAM CEPIT PEREGRINARI IN AEGYPTUM. Ita aliqui. Secundò et genuine, eadem die, pascha scilicet, de qua v. 17, nisi malis hoc ad totum Hebraeorum exercitum referre, q. d.: Omnes simul, licet essent tanto numero, eadem die ordinatè acie ex Aegypto egressi sunt. Ita Abulens. Hoc enim miraculi instar fuit.

Nota. Dies hæc paschæ, sive prima æzvimorum, quæ Hebraei egressi sunt ex Aegypto, fuit dies Veneris, Deo ita disponente, ut congruè significaret diem Veneris, quo Christus, phase nostrum, immolatus est, nosque peccato et inferno eduxit et liberavit. Id ita esse patet ex eo quòd trigésimo primo die ab egressu Hebraeorum ex Aegypto ceperit eis pliere manna; ille autem dies fuit Dominicus, ut patet c. 16, v. 1 et 5. Jam si trigésimus primus dies fuit Dominicus, ergo primus (scilicet paschæ, quo egressi sunt) fuit dies Veneris, ut patet retrò ascendenti et computanti. Ita Torricellus. Unde sequitur Hebraeos primùm hoc summi phase typicum immolasse pridie, puta die Jovis, perinde ac Christus suum phase et Eucharistiam die Jovis paulo ante mortem celebravit.

NOTA ISTA EST OBSERVABILIS DOMINI, QUANDO EDUXIT EOS DE TERRA AEGYPTI. Hebr. *hel schimurim*, id est, *hoc custodiaturam*, hoc est, custodienda, quam omnes custodire, id est, observare et celebrare debent; quando educit eos, id est, quando fecit ut educerentur, cum videlicet Pharaonem per clamorem primogenitorum cogit Hebraeos dimittere; noctu enim ad omnes Hebraeos missi sunt nitilli, ut egredierentur, tuncque ipsi suppellectilem jam paratam et collectam convasantes, compararunt se ad exitum, ita ut sub auroram ad Ramessem civitatem omnes, uti edictum erat, convenirent; jam enim ante, ut ait Josephus, præmonerat eos Moyses, ut essent parati ad exitum: unde ipsi ex totâ Aegypto sub diem 14 congregarunt se circa urbem Ramessem, ibique per turmas et sodalitia à prefectis et patribusfamilias distributi sunt, indeque signo dato statim ordinatè acie mane profecti sunt, exeuntes

ex Aegypto; nam mane, non autem noctu eos exisse clarè dicitur Numer. 35, 5: *Profecti sunt, inquit, de Ramesse mense primo, decimâ quintâ die mensis primi, alterâ die phase (paschatis) videntibus cunctis Aegyptiis et septentibus primogenitis, quod utique mane, non noctu factum est; noctu ergo exierunt inchoatè, id est, exire ceperunt, ad exitum se compararunt; mane verò reipsa completè egressi sunt.*

Mysticè, hæc nocte significabatur, quòd Christus populum Dei transferret ex regno noctis et tenebrarum, id est, peccati et mortis, in regnum lucis vite æternæ.

In Ramessem ergò omnes Hebraei 15 die pervenerunt, ibique aliquot horas subsisterunt. Unde ibi à S. Hier. prima ponitur mansio, vel statio. Deinde eadem die 15 inde egressi sunt in Sooth, Num. 53, 5. Habuerunt ergò abundè temporis, ut eadem die quòd agrum immolarent, et sua convasarent, et in Ramessem convenirent, et inde egredierentur, ut frustra idèò nonnulli permoti sint ad ponendam agni immolationem decimâ terciâ lunâ ad vesperam, sive inchoante vesperâ decimæ quartæ lune.

Dices: Deuter. 6, v. 6, dicitur: *Immolabis vesperè phase ad solis occasum, quando egressus es de Aegypto*; ergo non noctu, nec mane, sed sole occidente sunt egressi. Resp.: *quòd quando confusè sumitur, scilicet pro eodem tempore ample accepto, idèque significat noctem ejusdem vesperæ decimæ quartæ dici; noctu enim egressos esse Hebraeos dixerat vers. 4.* Unde, v. 6, tantum rationem reddi cur vesperè immolaretur agnus; hoc enim factum est ut per agrum hunc egressus Hebraeorum noctu procuraretur hoc primo egressus anno, sequentibus verò significaretur; neque enim subito eadem noctis hora hæc omnia fieri poterant, scilicet agnus occidi, excoari, lavari, assari et comedi, etc.; itaque vespera hic et nox, tanquam idem sint tempus, confusè sub vocelâ quando intelliguntur, ut rectè dici possint Hebraei eodem tempore maciæse agnum, cumque comedis, coque servatos à necè primogenitorum jussos esse Aegypto egredi, statimque egredi coepisse; ad hunc enim egressum immolatio agni et reliqua omnia quasi preambula dirigebantur; itaque censebatur exitus hic Hebraeorum inchoari in immolatione agni, puta in vesperâ decimæ quartæ diei.

VERS. 43. — DIXITQUE DOMINUS, ALIQUANTO POST EGRESSUM TEMPORE.

Hæc est religio, hic et ritus phase; ita Chald.; vel, ut Septuag., hæc est lex phase.

OMNIS ALIENIGENA, qui est alterius gentis, qui non est Hebraeus. Chald. hic judaizat; vertit enim, *omnis filius destructus*, id est, omnis Christianus. Destructos enim Judæi vocant eos, qui à judaismo ad Christum convertuntur.

NON COMEDET EX EO, nisi per circumcisionem in vestram coloniam et gentem transeat, fiatque proselytus; hic enim comedere poterat statim, ut patet v. 48.

Nota. Sicut Eucharistia non datur nisi baptizato,

ita phase nemo comedebat, nisi circumcisus; erat enim phase primum Sacramentum Iudaeorum, sicut Eucharistia est Christianorum: unde, sicut hæc non datur nisi Christianis per baptismum christianismo initiatis, ita illud non dabatur, nisi Judæis iudaismo per circumcisionem initiatis; per phase enim reclebant magnum illud beneficium redemptionis ægyptiacæ suæ genti collatum. Hinc, qui sequenti anno ab egressu celebrant phase, Numer. 9, hi omnes jam ante circumcisi erant in Ægypto; inde verò per 39 annos peregrinantes in deserto non celebrant phase, quia omnes deinceps nati manserunt incircumcisi, donec pervenirent in Chanaan, ibique in Galgalis circumcisi sunt, et comederunt phase, ut patet Josue 5. Excipe feminas; hæc enim non circumcidebantur, et tamen cum viris comedeant phase. Quare Paulus Buregensis putat quod, antequam primus hic paschalis agnus comederetur, generalis facta sit circumcisio Hebræorum, qui ob negligentiam, vel aliam causam, non fuerant circumcisi; et hanc vocari primam circumcissionem, secundam verò illam quæ facta est Josue 5, v. 4, ut ibi dicitur, de quâ re ibidem agendum erit.

VERS. 44. — OMNIS SERVUS EMPITIUS CIRCUMCIDERETUR, id est, circumcidi debet; jubeo ut circumcidatur, itaque comedat ex agno. Id ita esse patet: nam Script. hic servum distinguit ab advenâ et mercenario, ut rectè notavit Abulensis, licet id neget Pererius; statuitque ut servus edat ex agno, non autem mercenarius; ergo jubet servum circumcidi, non autem advenam, vel mercenarium: nam si servi arbitrio relinqueretur circumcidi (ut vult Pererius), et consequenter agni esse participem, nulla differentia foret hic inter servum et advenam ac mercenarium; nam et hi, si volebant, fieri poterant proselyti petendo circumcidi, itaque poterant agno vesci, ut patet v. 49. Deinde quia Genes. 17 12, id disertè exprimitur, maximè in hebræo textu, qui sic habet: *Omni vernaculus et emptius, qui non est de semine vestro, circumcidetur circumcidetur*; neque id mirum, Deus enim omnium domibus, qui Hebræis hocce ritus præcepit, potuit et eorum servis sive mancipiis eosdem præcipere, præsertim cum servus sit, ut ait Aristoteles lib. 5 Ethicor., possessio domini, et, ut Hebræa hic habent, pretium aut possessio pecunie domini, quasi qui pecuniâ emptus possideatur à domino, uti pecunia. Vide dicta Gen. 17, 12. Circumcisio ergo servis sive mancipiis Hebræorum non fuit libera et arbitraria, ut volunt aliqui, sed præcepta et necessario subeunda; idque non tantum quatenus ipsa erat abscissio præputii, et signum distinctivum populi Dei, puta Judeorum ab aliis gentibus, ut vult Cajet., sed etiam, quatenus erat Sacramentum et professio iudaismi; nec enim hæc duo reipsâ dividi ad secerni possunt, quæ nimis subtiliter Cajetan. dividere et secernere conatur.

VERS. 45. — ADVENA (gentilis, mercator, verbi gratiâ, Chanaanæus, qui inter vos commoratur) ET MERCENARIUS (famulus, vel operarius, qui suam visis

operam locat) NON EDENT EX EO, nisi circumcidi velint; is enim circumcisio est libera et arbitraria.

VERS. 46. — IN UNA DOMO COMEDENTUR, NEC EFFERTIS DE CARNIBUS EJUS FORAS. Agnus patet agnum, non in templo, sed in domo immolatum fuisse, tum hæc primâ vice, tum deinceps. Debebat ergo agnus in eâ domo totus comedi, in quâ erat immolatus et assatus, nec ejus pars mitti poterat ad eos qui erant in aliis domibus, idque, in signum, quòd nocte illâ transiente angelo percussente, nullus domo egressus sit, uti docet Scriptura.

Allegoricè verò, ut significaretur agnum verum, puta Christum in Eucharistiâ, comedendum esse in unâ Ecclesiâ, nec fas esse eis qui sunt extra Ecclesiam, vel ab eâ per schisma aut excommunicationem secti separati, hæc sacrâ synaxi vesci et frui. Ita S. Cyprian. lib. de Unitate Ecclesie post init. Procop., Raban., Rupert.

Nec OS ILLIUS CONFINGETIS. Ad litteram accipe os, vel ossa agni, non Christi Domini, uti quidam voluerunt; de agno enim ad litteram est omnis hic sermo.

Dices: Joan. 19, 36, de Christo crucifixo dicitur: *Facta sunt enim hæc ut Scriptura impleteret: Os non comminuitur ex eo, ergo hæc verba ad litteram significant ossa et crura Christi non fore frangenda in cruce.* — Resp. hæc Exodi Scripturam impletam dici in Christo, sensu et significatione non litterali, sed typicâ et allegoricâ, quo modo Christus dicitur omnes veteris legis typos implere.

Ubi nota. Jussit Deus in agno nullam os confringi, ad litteram, ut per hoc festinatio et festinatus angeli transitus significaretur, qui festinare cogeret Ægyptios, ut Hebræos festinatè exire compellerent, quasi idcirco Hebræi in esu agni ita essent festinabundi, ut tempus non haberent ossa agni contudenti ad medullam ejus excipiendam. Mystica verò causa fuit ut significaretur sacrosanctum Christi Domini corpus infraactum et integrum in passione mansurum, nec milites ipsius, uti aliorum crucifixorum, crura de more fracturos; quod quia præcipue intendebat significare hæc figurâ Spiritus sanctus, hinc Joan. 19, 36, in Christi passione hæc Scriptura impleta dicitur; typus enim et figura præcipue ipsa rei veritate impletur, cum scilicet illud sit, quod figura futurum præsignabat.

Tropologiam vide apud S. Bernardum serm. de cute, carne et ossibus animæ.

VERS. 47. — FACIET ILLUD, id est, sacrificabit illud per suum patremfamilias, ritumque hic prescripto illud comedet et celebrabit.

Allegor., ut summam omnia simul complectar, immolatio agni apertus fuit typus Christi in cruce immolandi, per quem à captivitate Pharaonis, id est, diaboli, liberati sumus, et per cujus sanguinem ac crucem (quam significabant postes et superliminaria sanguine agni tincta) vindictam divinam effugimus, et liberamur ab angelo percussente; hoc enim est, quod ait Apostolus 1, Corinth. 5: *Pascha nostrum immolatus est Christus.* Nam primò, vespere immola-

latur agnus, quia diù expectatus tandem in consummatione seculorum immolatus est Christus. Hinc et multi ægri à Christo sanati sunt vespere, quando immolabatur agnus, et quo Christus passus expiravit, ut patet Matth. 8, 16, et Marci 1, 51. Secundò, tota multitudo filiorum Israël eum immolat; quia omnes Judæi à Pilato petierunt Christum crucifigi. Tertiò, die 14, cum plenilunium est, immolatur agnus; quia Christus occisus totam illuminavit Ecclesiam. Quartò, Christus fuit quasi agnus ob puritatem, mansuetudinem, patientiam plusquam agnam, unde dicit Isaias cap. 53: *Quasi agnus coram tondente se obmutescit, et non aperiet os suum.* Quintò, masculus est ob fortitudinem; ammiculus, quia in flore erat ætatis; immaculatus, ob innocentiam. Sextò, Christus fuit etiam quasi hœdus, quia inter iniquos reputatus est; hœdus enim peccatorum significat; deinde, quia ipse hostia pro peccato fuit; denique, quia peccata nostra suscepit. Septimò, hunc agnum immolamus et manducamus in Eucharistiâ. Unde S. Andreas Ægeæ proconsuli Achate crucis supplicium minanti, nisi idolis sacrificaret, respondit: *Ego omnipotenti Deo, qui unus est et verus est, omni die sacrifico, et non thuris fumum, nec taurorum mugientium carnes; sed immaculatum agnum, cujus carnes posteaquam omnis populus credentium manducaverit, et agnus qui sacrificatus est, integer perseverat et vivus.* Octavò, sanguine agni tingitur postis uterque, cum memoria passionis Christi in corde per fidem, et in ore per professionem imprimitur; corde enim creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem; tingitur et superliminare, cum cor nostrum ad spem celestium per meritum passionis Christi elevatur. Nonò, sanguis postibus illitus ab exterminatore liberat; quia omnes, qui Christi meritis non salvantur, mors aeterna condemnat. Decimò, carnes ejus nocte comeduntur, quia Christum in Eucharistiâ non videmus, sed in fidei obscuritate credentes quiescimus. Undecimò, non comeduntur crudæ aut lixæ, sed assæ; crudas carnes comedit qui Christum solum hominem credit; lixas aquâ, qui humanâ ratione et sapientiâ mysteria passionis et Eucharistiæ examinat, ut, qui in Eucharistiâ verum Deum et hominem latere non credit; assas comedit, qui igneam charitatem, quâ Christus pro nobis tostus est, considerat et amplectitur. Christus enim, ut canit D. Thomas,

Se nascens dedit suum.

Concensens in edulum,

Se moriens in pretium,

Se regnans dat in premium.

Duodecimò, si quid remanserit ex eo usque mane, igne comburitur; quia quod de Christi mysteriis intelligere non possumus potestati Spiritus sancti humiliter reservamus, inquit S. Gregorius homil. 22 in Evang. Decimò tertiò, totus agnus comedi debet, quia totus Christus cum omnibus quæ de eo docet Ecclesiâ credi debet, nec ullus fidei articulus rejici potest. Decimò quartò, soli Hebræi et circumcisi; id est,

Christiani et baptizati, ex eo comedunt, et qui peccati præputium contraxit, debet illud circumcidere antequam eo vescatur. Decimò quintò, agnus comedi debet cum azymis panibus et lactucis agrestibus; sic Eucharistia cum animi puritate et dolore de peccatis sumenda est; rursum Christi passio cum magnâ mentis puritate et compunctione ruminanda est. Audi S. Ambr. in orat. ante Missam dicendâ: *Quantâ cordis contritione et lacrymarum fonte, quantâ reverentiâ et tremore, quantâ corporis castitate atque animi puritate illud divinum et cœlestè mysterium celebrandum est, Domine Deus, ubi caro tua in veritate sumitur, ubi sanguis tuus in veritate bibitur, ubi ad summam imâ, humanis divina junguntur, ubi adest sanctorum præsentia angelorum, ubi tu es sacerdos et sacrificium mirabiliter et ineffabiliter! Quis dignè hoc mysterium celebrare potest, nisi tu, Deus omnipotens, offerentem feceris dignum!* Decimò sextò, caput cum pedibus et intestinis vorandum est; caput, Christi divinitatem; pedes, humanitatem; interiora, secretiora mysteria significant: quia omnia debemus vorare, id est, credere. *Sacramentum Dei altissimi*, inquit S. Bern. in Epist., *suscipiendum est, non discutiendum, tenerandum, non dijudicandum; fide corium non innatum; traditione sancitum, non adinventum.* Et sermone 20 in Cantic. *Christus, ait, tangi potest, sed affectu, non manu; voto, non oculo; fide, non sensibus. Tangis manu fidei, desideris digito, devotionis amplexu, tangis oculo mentis.* Decimò septimò, agnus in multis domibus comeditur; quia in multis Ecclesiis Christus immolatur et sumitur. Decimò octavò, non licet particulam agni extra domum edere, quia Eucharistiam non licet dare infidelibus, schismaticis, et aliis qui sunt extra Ecclesiam. Decimò nonò, os non confringitur, quia crura Christo in cruce pendenti frangenda non erant, sicut Iatronibus, Joannis 19, 36; rursum, os, id est, fortitudo virtutis et excellentie Christi passione non erat frangenda, sed tantum caro ejus infirma. Vicesimò, qui comedit agnum, renes accingat; qui comedit Christum in Eucharistiâ, libidinem et delectationes carnis restringat, inquit S. Gregorius. Vicesimò primò, idem teneat baculum, quasi viator tendens in celum; id est enim Eucharistia viaticum peregrinantium et morientium; rursum baculo iter peragat, id est, bonis operibus et laboribus insistat, et in virtutibus crescat. Ita de S. Ambrosio narrat Paulinus in ejus Vita, eum jam moriturum ab Honorato Vercellensi episcopo, divinitus monito, Eucharistiam tanquam viaticum accepisse. Audi et S. Chrysost., lib. de Sacerdot. *Quidam, inquit, mihi narravit qui id viderat et audiverat, quod qui de hæc vitâ migraturi sunt, si mysteriorum hujusmodi cum purâ conscientiâ fuerint participes, spiritum efflaturi, ab angelis, illorum corpora satellitum more stipantibus, propter assumptum illud Sacramentum, hinc recia in celum abducuntur.* Hæc de causâ Eucharistiâ à Patribus vocatur *Pharmacum immortalitatis*, quia ejus virtute non tantum anima beatur, sed et corpus à morte resurgit ad gloriam. Vicesimò secundò, calcatus sit,

ut per lapides et spinas, id est, difficultates omnes, inoffenso pede in celum penetret. Vicesimo tertio, cum festinatione comeditur agnus; quia in Eucharistia non tam queritur voluptas quam nutrimentum et vires ad labores in via Dei perferendos, et ad festinandum in patriam celestem. Vicesimo quarto, primogeniti Ægyptiorum, quia ex agno non comede-

CAPUT XIII.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens:
2. Sanctifica mihi omne primogenitum quod aperit vulvam in filiis Israel, tam de hominibus quam de iumentis: mea sunt enim omnia.
3. Et ait Moyses ad populum: Memento diei huius in qua egressi estis de Ægypto et de domo servitutis, quoniam in manu forti eduxit vos Dominus de loco isto: ut non comedatis fermentatum panem.
4. Hodie egredimini mense novarum frugum.
5. Cumque introduxerit te Dominus in terram Chananaei, et Hethæi, et Amorrici, et Hevæi, et Jebusæi, quam iuravit patribus tuis ut daret tibi terram fluentem lacte et melle, celebrabis hunc morem sacrorum mense isto.
6. Septem diebus vesceris azymis; et in die septimo erit sollemnitatis Domini.
7. Azyma comeditis septem diebus: non apparebit apud te aliquid fermentatum, nec in cunctis finibus tuis.
8. Narrabisque filio tuo in die illo, dicens: Hoc est quod fecit mihi Dominus quando egressus sum de Ægypto.
9. Et erit quasi signum in manu tua, et quasi monumentum ante oculos tuos, et ut lex Domini semper sit in ore tuo; in manu enim forti eduxit te Dominus de Ægypto.
10. Custodies huiuscemodi cultum statuto tempore à diebus in dies.
11. Cumque introduxerit te Dominus in terram Chananaei, sicut iuravit tibi et patribus tuis, et dederit tibi eam;
12. Separabis omne quod aperit vulvam Domino, et quod primitivum est in pecoribus tuis: quicquid habueris masculini sexus, consecrabis Domino.
13. Primogenitum asini mutabis ore; quòd si non redemeris, interficies. Omne autem primogenitum hominis de filiis tuis, pretio redimes.
14. Cumque interrogaverit te filius tuus eras dicens: Quid est hoc? responderis ei: In manu forti eduxit nos Dominus de terra Ægypti, de domo servitutis.
15. Nam cum induratus esset Pharaon, et nollet nos dimittere, occidit Dominus omne primogenitum in terra Ægypti, à primogenito hominis usque ad primogenitum iumentorum; idcirco immolo Domino omne quod aperit vulvam masculini sexus, et omnia primogenita istorum meorum redimo.
16. Erit igitur quasi signum in manu tua, et quasi appensus quid, ob recordationem, inter oculos tuos;

runt, mortui sunt; sic qui Eucharistiam neglexerit, morte aeterna peribit. Unde ait Christus Joan. 6: *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Ita ex S. Gregorio, Bedà, et aliis Abulensis quest. 30, et Ribera lib. 5 de Templo, cap. 4.

CHAPITRE XIII.

1. Le Seigneur parla encore ce même jour à Moïse et lui dit:
2. Consacrez-moi tous les premiers-nés qui ouvrent le sein de leur mère parmi les enfants d'Israël, tant des hommes que des bêtes; j'ai droit d'exiger cela de vous, car toutes choses sont à moi.
3. Et Moïse dit au peuple: Souvenez-vous de ce jour auquel vous êtes sortis de l'Égypte et de la maison de votre esclavage; souvenez-vous que le Seigneur vous a tirés de ce lieu par la force de son bras, et gardez-vous de manger en ce jour du pain avec du levain.
4. Vous sortez aujourd'hui dans ce mois, qui est celui où l'on commence à avoir des blés nouveaux.
5. Et lorsque le Seigneur vous aura fait entrer dans la terre des Chananéens, des Hébreus, des Amorrhéens, des Hévéens et des Jebuséens, qu'il a juré à vos pères de vous donner; dans cette terre où coulent des ruisseaux de lait et de miel, vous célébrerez en ce mois ce culte sacré en la manière qui suit:
6. Vous mangerez des pains sans levain pendant sept jours; et le septième jour sera un jour particulièrement consacré au culte du Seigneur.
7. Vous mangerez, dit-je, des pains sans levain; et il n'y aura rien chez vous où il y ait du levain, non plus qu'en toutes vos terres.
8. En ce jour-là vous direz à votre fils: Je solennise cette fête en mémoire de la grâce que le Seigneur m'a faite lorsque je suis sorti de l'Égypte.
9. Et cette solennité sera comme un signe dans votre main, et comme un monument devant vos yeux, afin que la loi du Seigneur soit toujours dans votre bouche, comme elle doit y être par reconnaissance des prodiges que le Seigneur a faits en votre faveur; car le Seigneur vous a tirés de l'Égypte par la force de son bras.
10. Vous observerez donc ce culte tous les ans, au jour qui vous a été ordonné.
11. Et lorsque le Seigneur vous aura fait entrer en la terre des Chananéens, selon le serment qu'il vous en a fait, à vous et à vos pères, et qu'il vous l'aura donnée pour votre héritage,
12. Vous séparerez pour le Seigneur tout ce qui ouvre le sein de sa mère, et tous les premiers-nés de vos bestiaux, et vous consacrez au Seigneur tous les premiers-nés mâles que vous aurez.
13. Vous échangerez le premier-né de l'âne, qui peut être offert en sacrifice, pour une brebis; que si vous ne le rachetez point par cet échange, vous le tuerez. Et vous rachetez avec de l'argent tous les premiers-nés de vos enfants.
14. Quand donc votre fils vous interrogera un jour, et vous dira: Que signifie ceci? vous lui répondrez: Le Seigneur nous a tirés de l'Égypte, de la maison de notre esclavage, par la force de son bras.
15. Car Pharaon étant endure, et ne voulant pas nous laisser aller, le Seigneur tua dans l'Égypte tous les premiers-nés, depuis les premiers-nés des hommes jusqu'aux premiers-nés des bêtes. C'est pourquoi j'immole au Seigneur tous les mâles d'entre les bêtes, qui ouvrent le sein de leur mère, et je rachète tous les premiers-nés de mes enfants.
16. Ceci donc sera comme un signe en votre main, et comme une chose suspendue devant vos yeux, pour exciter votre souvenir, et ramener dans votre cœur la

ed quòd in manu forti eduxit nos Dominus de Ægypto.

17. Igitur cum emisisset Pharaon populum, non eos duxit Deus per viam terræ Philistiniam, quæ vicina est; reputans ne forte puniret eum, si vidisset adversum se bella consurgere, et revertetur in Ægyptum.
18. Sed circumduxit per viam deserti, quæ est iuxta mare Rubrum: et armati ascenderunt Israel de terrâ Ægypti.
19. Tulit quoque Moyses ossa Joseph secum: eò quòd adjurasset filios Israel, dicens: Visitabit vos Deus; offerte ossa mea hinc vobiscum.
20. Profectique de Sooth, castra metati sunt in Etham, in extremis finibus solitudinis.
21. Dominus autem precedebat eos ad ostendendam viam, per diem in columnâ nubis, et per noctem in columnâ ignis; ut dux esset itineris utroque tempore.
22. Nonquam defuit columnâ nubis per diem, nec columnâ ignis per noctem, coram populo.

COMMENTARIUM.

VERS. 2.—SANTIFICA MIHI OMNE PRIMOGENITUM, q. d.: Separa à communi usu omne primogenitum, ut mihi dicatur et offeratur.

Nota. Non præcipit hic Deus, ut id fiat hoc tempore quo omnes occupati erant in egressu, sed ut fiat postea, cum opportunum fuerit, videlicet, cum possederint terram Chananaei, ut patet v. 11. Subjecit tamen Deus hanc legem præcepto de agno, quia, sicut agni immolatio, ita et primogenitorum oblatio, Hebræis jugiter refricari debebant memoriam suæ liberationis ex Ægypto; hanc enim effecit et procuravit Deus per eadem primogenitorum totius Ægypti; quia ergo tunc cecidit Deus primogenita Ægypti, ut Hebræos quasi primogenitos suos inde liberaret; et quia tunc intacta servavit primogenita Hebræorum habitantium in Ægypto hinc hæc lege, eadem sibi offerri, ac quasi sua et à se conservata sibi reddi deponit. Unde hæc agni æquæ ac primogenitorum oblatio sunt primæ legis veteris, sive Mosaicæ ceremoniæ.

OMNE PRIMOGENITUM QUOD APERTIT VULVAM, quod primò vulvam matris reserando, naturali more in lucem hæc egreditur, quodque principium est generationis maternæ. Unde Cyril. Hierosol., homil. de occursu Domini, negat hoc Christo convenire; Christus enim nascens non reseravit vulvam matris, sed clausum matris virginis uterum penetrando, prodiit in lucem, idcirco hæc lege non tenebatur, licet sponte sua illi se subjecerit, eamque servavit; ita Cyrillus et Hormidas papa Epist. 1, cap. 2, quamquam contrarium docent Rupert., Abulens., Jansen., qui putant aperiri vulvam non significare aliud quam primò nasci, et sic Christum quoque aperuisse vulvam matris sue. Verum plus significat apertio vulvæ, ut patet ex terminis. Tertio, planè ex adverso Origenes, S. Ambros., S. Chrysost., S. Hieron., Theoph., Euthym. in

reconnaissance dont nous devons être pénétrés, parce que le Seigneur nous a tirés de l'Égypte par la force de son bras.

17. Or, Pharaon ayant fait sortir de ses terres le peuple d'Israël, le Seigneur ne les conduisit point dans la terre de Chanaan, par le chemin du pays des Philistins, qui est près de cette terre, et qui aurait été le plus court, de peur qu'ils ne vissent à se repentir d'être sortis de l'Égypte, s'ils voyaient s'élever des guerres contre eux de la part des Philistins, comme il n'aurait pas manqué d'arriver, et qu'ils ne retournassent en Égypte pour les éviter.

18. Mais il leur fit faire un long circuit par le chemin du désert, qui est près de la mer Rouge. Les enfants d'Israël sortirent ainsi en armés d'Égypte, emportant tout ce qui leur appartenait.

19. Et Moïse emporta aussi avec lui les os de Joseph, selon que Joseph l'avait fait promettre avec serment aux enfants d'Israël, en leur disant: Dieu vous visitera; emportez d'ici mes os avec vous, lorsqu'il vous en fera sortir.

20. Etant donc sortis de Sooth, ils campèrent à Etham, à l'extrémité de la solitude.

21. Et le Seigneur marchant devant eux, pour leur montrer le chemin, paraissant durant le jour en une colonne de nuée, et pendant la nuit en une colonne de feu, pour leur servir de guide le jour et la nuit.

22. Jamais la colonne de nuée ne manqua de paraître devant le peuple pendant le jour, ni la colonne de feu pendant la nuit.

LUCA 2, putant hæc lege solum Christum comprehendere, eò quòd ipse solus natus sit ex virgine, idcirco solus in partu matris uterum aperuerit; id est, ex eo hactenus clauso proficere; nam in aliis mulieribus uterum aperitur primò, non in partu, sed in congressu maritali ante conceptum. Verùm hic sensus subtilior est, et litteram videtur evertere. Præcipitur hic enim Hebræis, ut singuli suos primogenitos Deo offerant; non ergo lex hæc Christum solum spectat, sed potius eum excludit.

Haec dico: *Tò quòd aperit vulvam*, hic additur primogenito, primò, ut ab hæc lege excludatur Christus; secundo, ne quis patris solius primogenitos offerendos putaret; nam in pecoribus masculinum est primogenitum matris, non patris, debere spectari et offerri: idem est in hominibus. Unde notat S. August., q. 23, primogenitum hic à Septuaginta vocari πρωτότοκον, à primò matris partu, non autem πρωτόγενετόν, à primà patris generatione. Hinc vice versâ Script. cum de aeternâ et increatâ Filii à Patre generatione loquitur, cum vocat non πρωτότοκον, sed πρωτόγενετόν, id est, unigenitum Patris. Quare ex hæc lege primogenitos non erat, si pater virgo viduam aliunde jam habentem proles duxisset, ex eaque primum sibi filium generasset; hic enim primus ejus filius non primò aperisset matris vulvam, utpote ex quâ alii jam ante prodiissent. Et diverso, qui plures habebat uxores, singularum primogenitos ex hæc lege Deo offerre debebat. Unde Hebr., Chald. et Septuag., habent, *aperiens omnem vulvam*, et S. Lucas, c. 2, 23: *Omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur.* Hinc et Christus quasi matris suæ primogenitus Deo oblatu est, esto hæc lege non tenebatur, ut dixi.

Rursùm primogenitus hic aperiens vulvam matris Deo consecrandus, debebat esse masculinus (ut patet v. 12),